

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXV. In explicatione articulorum fidei eadem de iisdem dicat, nec utatur
ambitioso ornatu, sed verborum proprietate, idque unicè laboret, ut sensum
Spiritus S. evidenti & populari sermone auditorum ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

non svademus, ut in Catechesi Christianâ ab arduo, hoc de Prædestinatione dogmate tanquam πρώτων στοιχείων credendorum, initium sumatur, indeq; ceteri gratiæ divinæ gratus, tanquam à fonte suo deriventur, reluctante praxi Apostolica, expositionem Mysteriorum salutis à doctrinâ de Personâ, officiis & beneficiis Christi exorsa, Actor. II. 36. 37. III. 13. 14. 15. & c. VIII. 35. 37. XIV. 15. XVII. 24. & 30. Rom. III. & IV. Ebr. VI. 1. 23.

LXV.

In explicatione articulorum fidei eadem de iisdem dicat, nec utatur ambitioso ornatu, sed verborum proprietate, idque unice laboret, ut sensum Spiritus S. evidenti & populari sermone auditorum animis instillet.

Ἐξήγησης.

ELeganter Chrysologus Serm. XLII. Populis, inquit, populariter est loquendum. Communio compellanda est sermone communi, omnibus necessaria adhibenda sunt more omnium. Inprimis in dogmatum seu articulorum fidei expositione plus veræ laudis habet Dialectica proprie,

pieras, & studium dicendi eadem de iisdem,
 quam ambitiosus ornatus. Verissimum enim
 vetus illud dictum, quod *Epicteto* Philosopho
 tribuunt: *Doctrina non potest radices agere in*
animo, nisi quis eadem quotidie & dicat & au-
diat, & simul ad vitam transferat. *Socrates,*
ἀνδρῶν ἀπάντων σοφώτατος Oraculo judica-
 tus, teste *Laertio*, *Hippiæ*, novū aliquid ab i-
 so audire cupienti respondebat; *ἐὰν αὐτὰ περὶ*
τῶν αὐτῶν, Eadem de iisdem tradere, quemad-
modū nomen suum literis semper iisdem scribe-
ret. Sed Sacra potius attendamus; *Moses* di-
 cturus populo, quid divina serio exigeret Ma-
 jestas, populariter & communi id more facie-
 bat, *Deuter. I. 12.* seq. atque ita suo exemplo om-
 nes Ecclesiæ Doctores hortatur, ut *αὐτὰ πε-*
ρὶ τῶν αὐτῶν, eadem de iisdem doceant, quod
 auditoribus fructuosum est & tutum ex sen-
 tentia Apostoli *Phil. III. 1.* ubi inquit; *Eadem*
 (quæ coram crebro & frequenter docendo
 ingeminabam, nunc denuò,) *vobis scribere*
 (& Epistola inculcare) *me quidem non piget,*
vobis autem tutum est. q. d. hæc repetitio, seu
 iteratio ad vestram securitatem maximè valet,
 eà enim magis & magis in veritate confirma-
 mini. ἀσφαλές, tutū est, h. e. facit ad firmitatē
 fidei vestræ, sive ad vos muniendos, ut adver-
 sus Sirenū cantillationes & insidias, quæ vobis

struuntur, tutiores sitis, nec per improborum fraudes à veritate agnità & moveamini. Si quidem *natura humane tarda ac difficilis ad res divinas intelligentia exigit de his, quae semel dicta sunt, frequentius admoneri*, ut inquit Hilarus Lib. VI. de Trin. pag. 87. scil. propter conatam mentis humanae cœcitatē & voluntatis perversitatem perpetuā doctrinae cœlestis repetitione & inculcatione opus est. Chrysostomus Serm. 2. super Epist. ad Hebr. scribit; *Frequentius ipsa eadem audire, etiam scientibus prodest: quod enim novimus, si saepe audiamus, amplius compungimur.* Nullum est dubium, inquit B. Chemnitius Harm. Evangel. cap. LI, pag. 412. b. eandem doctrinam & easdem Conciones iisdem verbis saepius, aliis atque aliis temporibus & locis à Christo repetitas. Et tales repetitiones iisdem verbis facta, faciunt ad confirmationē doctrinae, & monent, Doctores in Ecclesiā non debere affectare novitatem seu variationem non necessariam in tractandis iisdem ejusdē doctrinae sententiis. Non enim valere debet in Ecclesia illud Rhetorum præceptū, τὰ novὰ καὶ ὡς, usitata novo modo, non simili aut eodē modo, proponenda esse; Sed illud Irenaei potius valere debet, τὰ αὐτὰ καὶ τῶν αὐτῶν, de iisdem dicenda esse eadem. Hæc ille. In tradendis itaque proponendisque fidei dogma-

dogmatibus, quæ ad salutem cuiusvis etiam plebeio scitu, credituq; sunt necessaria, utatur Preco fidei iisdem verbis & phrasib9, ne ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τῆς ἰδιότης, occupans subsellia idiorum, 1 Cor. XIV. 16. turbetur, & nova dogmata se audire existimet. Præcepta quidem morum eadem sub variis verborum condimentis proponi & inculcari possunt. Et si dicant refractarii, quousque eadem? respondendum cum Seneca ad Lucillum, Ego dico, quousque eadem peccabitis? Remedia ante vultis, quam vitia desinere. Dicam etiam invitis profutura. B. Balduinus in Epist. Dedicat. præmissa Homiliis in Evang. Domin. bene ait; *Ejusdem doctrine repetitio non raro magnum habet apud simplices emolumentum, apud quos semper tutius est, non silem τὰ αὐτὰ, sed ἔτι καὶ τῶν αὐτῶν proponere, quam ostendendi ingenii ἔξω δόξιν gratiὰ τὰ νοινὰ καὶ αὐτῶς dicere, ἔξω δόξιν novitate audientes perturbare.* Hic enim locum habet illud Petri 2. Epist. l. 12. *Incipiam vos semper commone- re, etiamsi sciatis, ἔξω δόξιν confirmati sitis, in præsentī veritate.* Multi quidem abutuntur oraculo Apostolico supra allegato, & eadem semper, ταῦτα καὶ ταύτας dicunt, crambem non bis sed aliquoties coctam apponunt, h. e. easdem conciones superiorib9 annis habitas repetunt, nec

ullam partem immutant, quin nec verbum aut jota unum variant; Ast hi supinam suam negligentiam & pigritiam produnt, auribus assuetis & doctioribus fastidium creant & rudiores obrundunt; Vilescit concio, si res una creberrime eadem ratione & Methodo proponitur. Non adeo jejunam ac pauperem natura eloquentiam fecit ut una de re bene dici, nisi semel, non possit, scribit Quintilianus lib. X. cap. 5. Id variationem dispositionis vocamus, inquit Dn. Lic. Carpozovius Append. in Hodeg. B. Parentis pag. 67. cuius ope Conciones or non modo de una, eademque re ipse scripsit, sed & de iis, quae dicta jam sunt ab aliis, iterum sine tad o & cum gratia a auditorum dicere potest, ut licet idem vel de eodem dicat, dicere tamen diversa, vel de diversis videatur. Nullus textus est ita aridus, quin alios, aliorumque succos destillet. Idem è cetero panis fuit quem Israelita collegere, sed licuit illum transtempere & gustui attemperare, ait B. D. Dannhauerus Tom I Theol. Conscient. p. 101. Quapropter Artis Concionandi Tyrones mature colligant varias partiendi & disponendi textus formulas & terminos; ne cum de iisdem eadē pluribus vicibus dicenda sint, chorda eadem oberrare necesse habeant, & quo eadē quoque Concio, repetenda sit, mutatis subinde Dispositionis terminis,

minis, Auditoribus nova apparere possit, rebus vel non vel parum mutatis, ut bene monet *Dn. D. Gæbelius* Methodol. Homil. cap. VII §. 46. Porro non utatur Verbi divini Minister in tradendis fidei articulis affectata quadā & variis Troporū & figurarum (schematibus superbiēte grandiloquentiā, aut sermone à communi & familiari oratione longe remoto, ne mysteria fidei non tam evoluisse & explicasse, quam novis verborum mysteriis involuisse & implicasse videatur, sed adhibeat stylum ac sermonem simplicem & vulgarem, doctis simul ac indoctis probē intelligibilem. Hac enim populari, simplici, vulgoq; nota ratione dicendi Mysteria regni cœlorum, quā commodissimē tradi rudioribus & inculcari possunt. Qui vero res fidei subobscurē & perplexe, verbis novis & inusitatis proferunt, promiscuam multitudinem non erudiunt, sed confundunt. *Antonius Riscobonus*, Professor Patavinus in Italia Comment. de usu artis Rhetor. Aristot. Com. 24. exponens rationē Oratorum Ecclesiasticarum cap. 7. pag. 608 inquit; *Orator Ecclesiasticus in eo potissimū debet laborare, ne orationē nimis comptam & politam affectare videatur*. *Augustinus* in opere, quo Civit. Dei architectatur. Lib. X. de Civit. Dei cap. 23. agens de Mysterio SS.

Bb 5

Tri

Trinitatis ait; *Liberis verbis loquuntur Philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem, Ad quæ verba Leonh. Cogveys; Id maxime, inquit, caveant Catholici, ut verbis uteantur perspicuis, quibus id, quod fide tenerent, exprimerent. 2. Tim. II. 16. Graviter monet Apostolus Paulus; Profanas vocum novitates (καὶ νεωφάνειας, ita legunt Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, Vincent, Lerin. B. Isl. M. sed Græci Codices constanter habent νεωφάνειας, vocum inanitates, vanitates) περιέσσω, prohibe, cohibe, circumscribe, circumclude, ne procedant ad maiorem impietatem, ne serpent, sicut cancer. Emphatice dicitur, περιέσσω, nam περιέσσω τὴν πόλιν, circumssistere civitatem idem est, quod κυκλώσαι, cingere, circumvallare, impedire exitum Josue VI. 3. Quam allegoriam exposuit Crystostomus, jubens limites poni pravis doctrinis, non enim consistunt in terminis initiorum suorum. Concionator itaque à novis terminis & periculosis locutionibus, ab inani-sequiis, sive inani vaniloquentia in suggestu rorsus abstineat*